Dominium Spectatur vel

- *Se, eſtque vel Improprium. pag. præc.* *Proprium, hoc Diſpeſcitur*
  - 1. *à Cauſa Efficiente in Civile & Prætorium.* 2. *à Forma in Plenum vel Minus Plenum.* 3. *Ab Effectu in Civile vel Naturale. v. pag. præc.*
  - 4. *Ab Accidenti in Revocabile,* quod ita conſtituitur ut ſub certo eventu. e. g. mortis mariti in re dotali, reſolvatur. *l. 41. ff. d. R. V. l. 66. ff. d. jur. dot. l. f. ff. ſi ager vect.* & *Irrevocabile,* quod ita conſtituitur, ut in perpetuum duret. *a. l. 11. ff. d. R. J.*
  - 5. *Ex Jure Romano Veteri in Naturale ſ. Bonitarium* (quia illi qui rem in bonis habet competit) idque naturali acquirendi modo, citra ſolennitates civiles, quæſitum eſt. Quocum comparare licebit *apud Saxones Dominium,* quod rei immobilis *Extrajudiciali Traditione comparatum* eſt. *a. Dec. El. 61. ibique* Phil. *Obſ. 1. n. 4. ſeq. Legitimum ſ. Quiritarium,* quod cum legitimis ſolennitatibus eſt acquiſitum. e. g. mancipatione, uſucapione, in jure ceſſione, adjudicatione. Ulpian. *t. 19. §. 1. & f.* Sublatum verò per *l. un. C. d. nud. Jur. Quiritium toll.* Huic quodammodo exæquare licebit *apud Saxones* eum, *qui rem Immobilem, mera Traditione Judiciali, nactus eſt.* Franzk. *l. 1. Reſ. 12. n. 9.* & *Plenum,* quod naturali modo & cum legitimis ſolennitatibus comparatum eſt. Gothofred. *ad d. l. un. lit. c.* Quò referri poterit *qui apud Saxones Naturali & Judiciali Traditione rem immobilem conſecutus eſt.*
- *In Modis acquirendi, qui*
  - *Sunt* Media quibus immmediatè dominium quæritur.
  - *Dividuntur in*
    - *Originarios,* per quos ab initio in rem aliquam proprietas introducitur: ut Occupatio. *v.* Pufend. *d. J. N. & G. l. 4. c. 6. §. 1.*
    - *Derivativos,* per quos dominium jam conſtitutum ab uno ad alium transfertur: ut Traditio.
  - *Sunt vel*
    - *Naturales*
      - *S. Juris Gentium,* qui ex Naturali Ratione inter homines recepti certam ex Uſu Gentium formam habent. *§. 11. I. d. R. D.* propterea tamen ulteriorem Juris Civilis determinationem non excludunt. Exemplum ſuggerit §. *12. I. eod.* cum moderna venatione comparatus. Grot. *d. J. B. & P. l. 2. c. 8. n. 5.*
      - *Ut*
        - *1. Occupatio, eaque*
          - *Eſt* Apprehenſio rerum, quæ actu nullius ſunt, fieri tamen alicujus poſſunt, animo Domini facta. *l. 1. §. 1. ff. d. acquir. vel am. poſſ. §. 12. I. h. l. 55. ff. d. O. & A. Viſus* aut occupandi Conatus. e. g. vulneratio feræ, *non ſufficit. a. §. 13. I. d. R. D. l. 55. ff. h.* licet ad derivationem dominii in alium viſus haud inutilis eſſe queat. *a. l. 1. §. 21. ff. d. acqu. vel am. poſſ.*
          - *Dividitur in*
            - *1. Venationem latè ſic dictam, quæ*
              - *Jure*
                - *Civili omnibus permiſſa,* etiam in fundo alieno, modò haud prohibente Domino fiat, nam neglecta hac prohibitione occupatum quidem acquiritur, ſed illi, qui fundum ingredi prohibuit, actio injuriarum competit. *§. 12. I. eod. j. l. 13. §. f. ff. d. injur.*
                - *Hodierno Imperii noſtri Vi Superioritatis Territorialis. a. I. P. O. & M. a. 8. §. 1. competit,* ſicut enim ea alia quoque Regalia, ſic *Venandi Jus* complectitur. *fac. II. f. 27. §. 5.* quod *à Dominis Territorii* viciſſim *conceditur vel Omnibus.* e. g. in locis ubi ſunt liberæ venationes **Freybürſche**: ut circa Tubingam. Meier. *ad §. 12. I. h. p. 346. vel Quibusdam per Inveſtituram* plerumq; *vel principaliter* de ſolo Jure Venandi, *vel acceſſoriè,* de eo tanquam jure prædio inhærente factam. Sine indultu Superioris in Proprio etiam Solo apud nos venari non licet. Phil. *Uſ. Pract. I. l. 2. Eccl. 3. n. 5. ſeq.* In Alterius Prædio autem Venationes vetitæ ſub pœna 100. aureorum *in Sax. El.* **Landes-Ordn.** *d. A. 1555. t.* **das keiner auf des andern Grund und Boden jagen / hetzen. §. ſo wollen.** *C. S. p. 48. niſi* quis immemoriali poſſeſſione ſe tueri queat. Carpz. *l. 1. Reſp. 44. Jure Sax. Communi* moderata perſecutio vulneratæ feræ, ſc. ſine inflatu corniculi venatorii & incitatione canum, in alieno ſolo permiſſa. **LR.** *l. 2. a. 61.* quò reſpicit judicatum apud Richt. *Dec. 16. n. 4.*
              - *Diſpeſcitur. p. ſeq.*
            - *2. Occupationem bellicam. v. p. 497.*
            - *3. Inventionem. p. 497.*
        - *2. Acceſſio. v. p. 499.*
        - *3. Traditio. v. pag. 500.*
    - *Civiles. v. h. tit. in fin.*